

EPISTOLA.

Accertè qui post stabilitum Papismum pro hæreticis magna veritatis Euangelicæ ignoratione traducti sunt, quales qui VVicleuenses, Hussitæ, Picardi, Begardi, Lollardi, VValdenses, Albicenses, Pauperes de Lugduno dicuntur, hi, imprimis autem VValdenses, quorum celebres & religiose vigent Ecclesiæ, rectè de Christianæ fidei articulis senserunt: & pro veris Christianis sunt habendi. Sed quia à Papismi, id est, universalis & fæde illius Apostasiæ doctrina discesserant, ab apostatis ipsis, id est Papistis, ut hæretici damnabantur: à nobis autem & Christiani & Dei Martyres sunt nominandi: nedum ut eos inter hæreticos recenseamus. Quæ verò dogmata ab Anabaptistis, Syluanistis, Seruetanis, Nearianis & aliis fæde regeruntur, illa sunt rancida tantum veterum hæreseon repotia, quæ iam millies refutata legimus. Quamobrem in constituto iam Antichristi regno substitimus à mundo condito ad annum, qui à Christo non nato, sed passo numerandus erit, 675, progressi, quo iam tempore aperte in Dei Ecclesia, ut numen, sedebat Filius ille perditionis, quem appellat Paulus. Ioannis autem Funcii chronologiam maxime in hoc opere secuti sumus. Hec autem anno à nato Christo & temporis ultimi M.D.LXXVI. scribebamus cum Geneua Cal. Ianuariis, Syndici sive Consules creati essent M. Rosetus, Iac. Blon-